



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Quotidiana Christiani Militis Tessera**

**Stanyhurst, Guillaume**

**Coloniæ Agrippinæ, 1710**

7. Dies Decemb. Summum Bonum, hoc est tuum bonum: Quid ergò deest,  
cui summum Bonum, bonum est?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45477**

ad immensa spatia Beneficiæ: idcirco idem Amor, qui fuit in æternitate benevolus, fuit in tempore beneficus, eritque deinceps, modo velis, per interminatam æternitatem. Si sis Arithmeticus, revoca, si potes ad calculum, omnia, quæ vixisti, temporis puncta, Angelorum obsequia, naturæ totius in te congesta commoda; omnia ista, sunt amoris beneficia; Benevolentiae monumenta; Beneficiæ insignia. Non sunt in ære tot atomi; quod sunt in te ad amandum Deum stimuli: & amor tam fertilis, erit in pariendo amore in te sterilis? Da, vel parùm illi, qui dedit tibi multum; da modicum illi, qui tibi promittit centrum: da, vel aliquid illi, qui tibi dedit omnia. Siquidem:

*Dat pyra, dat poma; is, qui non habet aurea dona.*

## 7. DIES DECEMB.

Summum Bonum, hoc est tuum bonum: Quid ergo deest, cui summum Bonum, bonum est? *S. August.* in *Psal. 102.*

Amandi Deum, I. **E**cce supremus supremæ fœlicitatis hic est apex, Beatitudinis vertex, esse in illo gradu, ut nihil desit. Repugnant hæc duo; beatum esse, & aliquid sibi deesse. Si inter omnia, & post omnia, quæ vagè amando, prosequeris bona unum tibi sit bonum, quod eit summum Bonum: cùm in uno habeas omnia; jam necesse est, te beatum esse, cùm nihil tibi possit deesse. Quid ergo te fatigas, o Anima, ambulando vias difficiles, cùm habeas te; imò in te Deum, amari, & amare tam facilem? Quæris amandi invitamenta;

*Paris III.*

*Qqq*

nume-

numera, si potes, æternitatis momenta. Tot sunt in te Dei amandi tituli; quot sunt in infinito numeri. Et sicut illorum numerorum nullus est numerus: sic nec in te titulorum, quibus obligaris amare Deum. Quosdam exposuimus; expende, quæ sequuntur exponenda. Non tantum te ingratum gratis, amore indignissimum, infinitus Deus ab infinito tempore amare est dignatus; sed amorem tuum, quem non potest impetrare, ut extorqueat, ad redemandum invitat; & tantum non compellit præmiis, quorum nullus est numerus, infinitis; quorum nullus est terminus, semper ternalis. Tot scilicet, ac tantis opus est machinis, ut amorem hominis, quo non indiget, impetrat. Hic jam si potes, astima, quæm dignum sit, istum amari: Non tam, quia præmia amori summa promittit; quæm quia adeò bonus est, ut ne gratis quidem amari, sed abs te cupiat. Contra quæm instantum, imò & perniciosum, præ Deo amare illa; quæ non modò nullam pro tuo amore promittunt mercedem, sed omnem in te immittunt calamitem.

II. Quid, quod Deus sibi sufficientissimus; nullius extra se alterius ad felicitatem suam indigens, desideret à te amari; & quasi ingens consecutus bonum is, qui est omne Bonum, dum id nactus fuerit, quasi de optimo spolio triumphet gaudio? cùm tamen eum amari à te, nullum sit illi bonum, sed totum tuum. O quam pretiosius est noster amor! quem Deus ipse, & ardenter desiderat, & studiosè solicitat! Hic verò, quid magis repugnat Æquitati; fraudare tantam Majestatem, tanto suo desiderio, privare tanto gaudio: idque, ut vitiosis indulget deside-

desideriis, & perituris fruatur gaudiis ; quorum finis, est calamitas, cuius nullus est finis : & dolor, cuius perpetuum, ubi semel caperit, est principium. Et qua tu mente potes, vel qua fronte audes, Deum rogare, ut tuas audiat preces ; & exaudiat desideria praecantis, qui posthabitisi, quae deberes omnibus præhabere, ejus justissimis, juxta ac sanguinissimis desideriis, totum te consecras desideriis recordis tui cordis ? Ut Deum ames, non tantum est ipsius desiderium, sed imperium : vult, quod non potest impetrare, imperare : itaque amorem sui, non tantum ut amicus suadet ; sed ut Dominus jubet. Certè tantum est nobis bonum amare summum Bonum : ut si imperasset, ne amaremus : fuisset imperium obseruatu non tantum difficulte, sed intollerabile. Quam durum fuisset, non licere eum amare, ad quem amandum tot sunt illecebæ, quot ubique creaturæ : non posse eum amare : quem amare, est prima felicitas : non amare, ultima calamitas ? Quantum sit bonum, amare Deum : non concipit, qui eum non amat, dum amare sic præcipit.

III. Non hinc sistit amor Dei, ut eliciat amorem tui. Non tantum, si ames, pollicetur præmia : sed nisi ames, minatur supplicia : & quidem utraque in suo gradu summa, quia æterna. Tanti est ergo amor tuus Deo : ut nisi tu ames, ille oderit : Tanti & tibi, sit divinum odium, ut saltem amore id redimas : quare potius facilius ? ama : & qui eras odio, factus es amabilis. Fœliciter amas, qui amando, totam exples legem, & omnes evadis poe-

Qqq 2

nas ;

nas ; amor émque erga te divinum, quo nihil optabilius, merearis : illius, inquam, cuius odium, damnatio est ; cuius amor, salus est. Ad hæc, divina Bonitas; ut nulla ulli esset in amando difficultas, summa facilitas, omnibus se creaturis immiscuit : quæ ideo sunt bonæ, quod à Deo sint bono. His tu utere hoc modo : ut in creatis, ames Creatorem ; in pulchris, pulchritudinem ; in suavibus, suavitatem ; in doctis, doctrinam ; in sapientibus, sapientiam ; hoc est, in omnibus, qui est omnia, Deum. Amant Beati in cælis : & amando, beati sunt : & quidem tantò beatiores, quantum in amando ferventiores. O qualis vita, quæ solo constat amore, & boni summi ! Amant non tantum Beati in cælis, sed & justi in terris : & illi tantò sunt justiores, quanto in amore perfectiores. Tot, tantisque amandi exemplis, si non moveris : nec justus es modò, nec beatus eris olim : quod verè times, si sollicitè caves : & qui amantium speras præmium, amantium quære consortium. Amare Deum, videtur arduum : omnium enim constat observatione mandatorum : nullum enim negligit, qui eorum Auctorem diligit. Facile tamen est illi, qui Gratia est præditus ; quâ te prædictum, tam es certus, quam Deum, gratiae Auctorem amare te experiris. Quid ergo promptius, quam amare illum, cuius per gratiam es Filius : & cuius eris aliquando per gloriam hæres,

*Dilige, quidnam hæres: cæli, si diligis, hæres?*

8. DIES